5

DE DOCTRINA MICHAELIS BAJI.

NIhil jam amplius, imo & à longo tempore, ſolidæ controverſiæ invenitur Catholicos inter & Calviniſtas quoad materiam de gratia, id eſt quoad cooperationem voluntatis cum gratia in opere juſtificationis humanæ.

IL n'y a plus maintenant, & depuis longtems même, de different ſolide entre les Catholiques, & les Calviniſtes ſur la matiere de la grace, c'eſt à dire, ſur la coöperation de la volonté avec la grace dans l'ouvrage de la juſtification de l'homme. Defenſe de l'Egliſe Romaine à Liege 1696 pag.9. Approuvé par Monſ. Jean le Beau Curé-doyen de S. Adalbert à Liege, examinateur Synodal.

Tam perſpicuè edocti ſumus de intentione Pontificis, & vero ſenſu illius clauſulæ celeberrimæ, *quamquam nonnullæ aliquo pacto ſuſtineri poſſent in rigore* &c. ut dubitari amplius non poſſit, quin ſignificet, quod inter iſtas propoſitiones inveniantur multæ non condemnatæ, nec ut falſæ, nec ut erroneæ in ſenſu auctoris, quæque adeo cum illo ſuſtineri poſſint in rigore & proprio verborum ſenſu.

On eſt ſi clairement informé de l'intention du Pape, & du vray ſens de cette clauſe celebre, quamquam nonnullæ aliquo pacto ſuſtineri poſſent in rigore *&c. qu'on ne peut plus douter, que parmi ces propoſitions plusieurs n'ont été condamnées ni comme fauſſes, ni comme erronées dans le ſens de l'auteur, & qu'on peut apres lui les ſoutenir dans le meſme ſens en les prenant à la rigueur.* Idem pag.78.

In eo falſus eſt ac fallit, quod à Gregorio XIII in prædicta bulla confirmatam aſſeverat Pii V bullam rurſumque damnatos articulos, qui in Piana notati ſunt. Scimus quidem ipſam Urbani VIII bullam id declaraſſe. . . . . . .

Verum id malis artibus Jeſuitarum, Urbani VIII bullæ ab Albizio eorum cliente inſertum jam nemo eſt eruditorum qui dubitat, Si Gregorii XIII bullam attentè legit: in cujus toto contextu ne verbulum habetur, quod ejuſmodi confirmationem indicet, aut iteratam articulorum condemnationem.

Adumbrata Eccleſiæ Romanæ defenſio vindice Ignatio Eyckenboom. 1696 *ſine loco impreſſionis* pag.17.

Contendimus eorum (*articulorum*) nullum in ſenſu non Baji modò, ſed & Auguſtini, ac ejus diſcipulorum, quem Leydeckerus non improbat à Pio V eſſe damnatum. *Idem ibid. pag.*18, *&* 19.



Ipſemet

Ipſemet Pius V tam parum voluit eam, veluti Romanæ Eccleſiæ definitionem haberi, ac evulgari; ut ne Romæ quidem eam unquam affigi, & promulgari voluerit. Sicut nec Gregorius XIII ſuam. Imò neque in aulæ Romanæ ſcriniis,ubi Pontificia Diplomata ſecluduntur, ullum aſſervari dicitur iſtius Bullæ exemplum. *Idem pag.26.*

Animadvertendum nihilominus 1. quod iſti delatores ac impoſtores ſuis fraudibus ac mendaciis Pium V ita circumvenerunt, ut tandem ab eo cenſuram ac diploma adverſus has ſententias extorſerint, Michaële Bajo non ſolum non audito nec vocato; ſed nulla quæ ſciatur, niſi leviſſima inſtituta diſquiſitione,& abſque librorum Michaëlis Baji examine,quos ſi vel aperuiſſent,fraudem delatorum comperiſſent ac nequitiam.

Animadvertendum 2 hac Pii V bullâ articulos,in quibus vix aliquis pravus ſenſus poteſt deprehendi, & qui intellectum fidei, ac Catholicæ ſancti Auguſtini doctrinæ planè conſentaneum præſeferunt,nude ac ſimpliciter proſcribi!, in multam Sedis Apoſtolicæ injuriam, ac grave omnium eruditorum ſcandalum.

Ibi enim damnatus legitur tertius articulus, qui non niſi verba ſancti Auguſtini habet & ſenſum. Ibi proſcribitur octavus, cujus verba ac ſenſus obvius nos edocent,omnia noſtra merita eſſe Dei dona, ac divinæ miſericordiæ munera.Ibi damnatur decimus ſextus, qui planiſſimum ſancti Auguſtini ſenſum præſefert,paſſim adverſus Pelagianos docentis, quod qui non ex amore juſtitiæ ſeu ex charitate facit quæ lege præcipiuntur, non legem verè & ut debet obſervat: quod prorſus idem eſt ac ſi diceret, non veram eſſe legis obedientiam,quæ fit ſine charitate.

Ibi configuntur articuli vigeſimus quintus & vigeſimus ſextus, quibus non niſi ſenſus ſancti Auguſtini exprimitur. Ibi cenſurâ notatur articulus vigeſimus octavus, qui Catholicam ſancti Auguſtini, ſeu potius Eccleſiæ, veritatem præ ſe fert.

Ibi damnantur in trigeſimo articulo, qui cum Eccleſiâ adverſus Pelagianos corde credunt ac ore confitentur hominem nulli tentationi abſque gratiæ adjutorio reſiſtere poſſe.

Ibi denique, præter alios, in articulo ſeptuageſimo cenſuræ ſubjiciuntur qui ſenſerint cum omnibus antiquis Patribus, quod nemo præter Chriſtum eſt abſque peccato Originali: quod quo ſenſu cenſuram eo tempore meruerit,nemo verè Theologus intelligit.

Michaël. Baji opera parte 2 pag.233,234. Colonia 1696.

Æquiores arbitri deducunt non inutilem modo, ſed fovendis & augendis, quam ſedandis ac componendis contentionibus aptiorem: Imò magis in Catholicæ veritatis perniciem,quam in errorum extirpationem latam eſſe arbitrantur Cenſuram hanc, quæ ſenſum verum & Catholicum à falſo & hæretico non diſcernens, iſtum æque ac illum indiſcriminatim damnat: his ad-

adde quod cum tantâ oſcitantiâ iſtud Pii V. Diploma conſcriptum ſit, ut contra ipſas latinæ Grammaticæ leges peccet, uſurpando in multis articulis verbum, *dicit*, *docet*, *repetit*, *probat* &c. Licet nullum nomen præceſſerit, quò judicetur quis dicat, doceat, repetat & probet &c,

Sic N.le Boſſu ex regulari monaſterio S. Dioniſii prope Pariſios, Doctor Sorbonicus, dum congregationibns de auxiliis ſub Clemente VIII intereſſet, continere ſe non potuit, quin de iis conquereretur, quos honori S.Sedis parum conſuluiſſe dicebat evulgando Pii V bullam, cujus diſpoſitio ſeu contextus tam indiligenter,inquiebat, ordinatus eſt, ut major pars articulorum ſenſum contineat, qui vix intelligi poteſt, & multi poſſint ſenſum habere ſaniori doctrinæ conſentaneum, adeo ut non niſi cum ſummo rigore & in ſenſu violento videantur aliqua cenſura digni. *Idem ibid. pag.* 234, & 235.

Demonſtrabit 1.Hanc Pii V Conſtitutionem non niſi anno 1567 Kal.Octobris confectam. 2.Numquam fuiſſe legitimè promulgatam. 3. Sed dumtaxat Doctoribus Theologis privatim inſinuatam eodem anno, die 29 Decembris. 4.Nec unum quidem iſtius bullæ exemplum ipſis aut aliis fuiſſe traditum: & alia plura. *Adumbrata Eccleſiæ Romanæ defenſio per Ignatium Eyckenboom. pag.*16.1696,*ſine loco impreſſionis.*

Numquam tamen Eximii iſtius Viri opera, æternis ſæculis digna, ullo atro ſtigmate confixa ſunt,vel prohibita, quippe quæ priſcam ſanctorum Patrum, maximè Auguſtini, doctrinam ubique ſpirant; & in quibus Romana Eccleſia fidem adverſus novatores, nominatimque Philippum Marnixium, expoſuit ac defendit ad ultimum uſque vitæ habitum Michaël Bajus. *Idem ibidem.*

Sed Pontifex nullatenus in iſtis thematibus S.Auguſtini, qui & ipſius Baji eſt,intellectum repulit;ſed eum dumtaxat qui ab Lutheri Calvinique ſectatoribus defendebatur .... denique tantum abeſt ab Eccleſia Romana ut Pii V Cenſuram,ſuam faciat: quin Clemens VIII ac Paulus V qui paulo poſt illum in eâdem Cathedra ſederunt, nullam in Congregationibus de Auxiliis, Bullæ Pianæ rationem haberi voluerint; imo unus ex illuſtrioribus Theologis in iſtis Congregationibus audacter dixerit eos honori S.Sedis malè conſuluiſſe,qui Bullam hanc à Pio V extorſerunt & evulgarunt: idque ex duobus maximè capitibus demonſtraverit, quæ proferet qui Sedis Apoſtolicæ ſimul ac Michaëlis Baji vindicias dabit: nec is prætermittet quod Cardinalis à S. Clemente Legatis Lovanienſis Academiæ de ejuſmodi Bulla dixit, videlicet magnam Pio V injuriam ab iis fuiſſe illatam qui eam tam fraudulenter extortam evulgarunt. Hoc eſt eruditorum inter Catholicos de Piana conſtitutione judicium. *Idem ibid.pag.* 19 & 20.

Omne ſcelus eſt ejus conditionis, ut ſuum Auctorem, & omnes ejus poſteros

eo modo inficere possit, quo infecit prima transgressio. Est Baji Lib. de pecc. Orig. cap. 13 tam in terminis quàm in sensu Catholico.

Opera Mich. Baji parte 2 fol. 230.

ontra omne verum spargunt libros Michaelis Baji à summis Pontificibus fuisse prohibitos. Eos liberè liberterque lege, & quò plus eos legeris, eò pluris facies & plus in germana SS. Patrum, & maximè Augustini doctrina proficies. *Idem in præfatione pag.* VI.

Eodem anno Pius V ..... Bullam condidit, qua 76 propositiones, quæ ex Michaëlis Baji libris dicebantur collectæ .... damnavit, simul declarans nonnullas earum in proprio verborum sensu ab assertoribus intento posse defendi. *Idem parte* 1 *pag.* XIII.

Ipse ... (*Bajus*) mentem suam circa hujusmodi articulos (*damnatos*) in Scholis publicis aperuit, ostendens qua arte conficti fuerint. *Idem pag.* XIIII.

Michael Bajus Pio V. Scripserat litteras, quibus conqueritur, quod nullum bullæ, qua proscripti septuaginta sex articuli passim circumferebantur, exemplar obtineri posset neque Romæ, neque Lovanii: simulque suam apologiam misit, in qua luce clarius demonstrat quàm falso isti articuli ipsi adscribantur: & quo sensu plerique ipsorum verissimi sint, & ad mentem Augustini. *Idem pag.* XIII *in Synopsi Chronologica.*

Articulorum qui proscripti sunt verba magis, quam sensum damnavit Pontifex, qui idcirco declaravit nonnullos ipsorum in sensu ab autore intento defendi posse. *Idem parte* 2 *pag.* 77.

Quàm mala fide articuli isti à Minoritis Baji æmulis collecti sint ac denuntiati, quamque insulsæ ac Theologis indignæ sint censuræ in ipsos latæ ab Academiis Hispanicis & Parisiensi jam demonstratum.

Ergo ab æmulis Baji Romam missus est memoratus liber, qui viros quosdam alioquin eruditos, sed magis in futilibus quibusdam Scholæ recentioris disceptationibus, quàm in scripturis Sacris & Patribus exercitatos offendere potuit. Pontificem pariter offendisse potuit: ex aliorum videlicet pravo relatu & malefida interpretatione. *Idem parte* 2 *fol.* 77.

Valde indiligenter, & animo à novæ Scholæ commentis magis quam S. Augustini sententiis imbuto, discussa fuisse Michaëlis Baji opera liquet ex ipsa censura quæ ex eruditorum testimonio Romanam Sedem dehonestat. *Idem ib.*

Ergo hæc bullæ verba *Quamquam nonnulla* ex proscriptis sententiis (*aliquo pacto sustineri possent in rigore, & proprio verborum sensu ab assertoribus intento*) absque interjecto commate legenda sunt. *Idem ibidem.*

Utinam adeo diligens & accurata fuisset ista inquisitio, ut aliquas Sanctorum Patrum ac Conciliorum sententias non reprobasset; & in alias brutum ac irritum fulmen non contorsisset, quas nec Bajus, nec ullus Catholicorum unquam docuerat vel defenderat: sed quas ut ipsum summum Pontificem seduceret,

duceret, fallax collectio confinxerat. *Michael. Baji opera parte 2 &c. fol. 77. coloniæ 1696.*

Quam justæ fuerint Michaëlis Baji in censuram Pontificiam querelæ, intelligit quisquis ejus apologiam legit. *Idem ibidem fol. 78.*

Ut ergo tanta injuria ab ecclesia Christi removeatur, & hujusmodi cohibeantur insultus; evertenda imprimis est communis hæc tam Calvinianorum, quem Arminianorum aliorumque hujusce ætatis pelagianorum Machina: demonstrando scilicet hujusmodi censuris ac bullis nihil veritati, nihil priscæ fidei, nihilque Apostoli, & Augustini, IMO NEC IPSIUSMET MICHAELIS BAJI DOCTRINÆ FUISSE DETRACTUM. *Idem parte 2 pag. 214.*

Qui igitur memoratam Pii V. Bullam juxta juris regulas expendere voluerit, ipsam profectò censebit nullius plane roboris, sed prorsus evanidam sive materiam spectet sive formam. Comperiet enim 1. eam esse inutilem, quia judicium profert in sententias quas nemo tenuit aut docuit sive in terminis, sive in sensu in quo aliqua dignæ erant censura. 2 eam in destructionem, & ecclesiæ perniciem magis, quam in ejus bonum & ædificationem fidelium latam esse: quoniam magis excitandis ac fovendis, quam sopiendis aut compescendis contentionibus nata est; ac amaro zelo turgentibus vel minus eruditis occasionem præbuit vehementius invehendi in Theologos Catholicæ veritatis per omnia tenacissimos, deinde quia in intricatos & ambiguos articulos indiscretam & absque ulla explicatione sententiam pronuntiat, quæ æquè in verum ac in falsum hujusmodi articulorum intellectum cadere potest. Demum quia articulos, quorum alteri verissimi sunt ac piissimi in sensu quem verba præ se ferunt, alteri verò falsi & hæretici, promiscue ac sine discrimine dispungit. 3 eam esse injustam, eò quod eandem excommunicationis pœnam, quæ extremum in ecclesia supplicium reputatur, infligit tam iis qui opinionem, cui aliqua inesset temeritas, aut ex qua nonnulla oriretur offensio, teneret vel doceret; quam iis, qui plane hæreticas sententias assererent. 4 eam esse obreptitiam non solum quia peccat in grammaticæ latinæ leges, in multis articulis, videlicet 15. 16. 17. 18, & 19. Ubi verba ista, *dicit, docet, repetit, probat, insinuare videtur* in singulari numero leguntur, licet nullum nomen in tota bulla præcesserit, ad quod ista verba referri valeant sed maximè quia FRAUDIBUS obtenta est ac MENDACIIS quibus suggestum est Pontifici plus quam 70 articulos doceri Lovanii, ac in Michael. Baji operibus contineri: etsi vix aut ne vix quidem quindecim illorum in Michaëlis Baji scriptis possint reperiri ut ex supra annotatis liquet. *Idem parte 2 fol. 240.*

Die v Februarii anni 1644 Sinnichio & Papio Cardinalis à S. Clemente dixit magnam Pio V injuriam fuisse illatam ab illis qui sub ejus nomine bullam tam fraudulenter extortam evulgarunt: & quod hæc bulla à Lovaniensibus fuerit in dubium revocata, *Idem ibid. fol. 24.*

DE DOCTRINA CORNELII JANSENII.

Ce malheur paroit inevitable, si on est obligé de coire, que le sens heretique de cinques propositions est celuy de Iansenius, qu'il est aisé de faire voir par la seule lecture de son livre n'etre autre que la doctrine, que saint Augustin a soutenuë contre les Pelagiens; & c'est la veuë, & la crainte d'un si grand malheur, qui font que ceux, qui ont du zele pour la Religion refusent avec tant de fermeté de reconnoitre, que le sens condamné soit celuy de Iansenius, & qu'ils s'opposent auec tant de vigueur a la signature de ces formulaires. d'ont tout le but est d'aneantir l'ancienne foy de l'Eglise touchant la grace du Sauveur, & de rendre l'Eglise Romaine Pelagienne. Reflexions de religion, & d'estat sur le formulaire anno 1692 pag. 9 & 10.

Hoc malum apparet inevitabile, si credere cogamur, sensum hæreticum 5 propositionum esse eundem cum Jansenii; quem sensum Jansenii facile est demonstrare vel ex sola illius libri lectione non esse alium quàm doctrinam, quam S. Aug. tenuit contra pelagianos. Atque hæc præsagitio, & timor tanti malifáciunt ut religionis zelatores tantâ constantia renuant agnoscere sensum damnatum esse sensum Jansenii, & ut tam fortiter se opponant subscriptioni istorum formularium, quorum scopus unicus est, antiquam ecclesiæ fidem de gratia salvatoris extirpare, Romanamque ecclesiam facere pelagianam.

Ecclesia Romana numquam damnavit, aut reprobavit primarias genuinasque Jansenii, imo Augustini de prædestinatione, & gratia sententias *Adumbrata ecclesia Romana defensio vindice Ignatio Eyckenboom* 1696. *Sine loco impr. pag.* 31.

Si intelligit Jansenium ob Augustini doctrinam Jesuitis, aliisque recentioribus pelagianis invisum, & eos illam ob causam animo tacitè retentam ursisse, ut illa errorum, quos ipsi affricabant obtentu, Romæ damnaretur: nemo, qui quæ ea in causa gesta sunt novit, Leydeckero dissentiet. *Idem ibid. pag.* 33.

Vanam ridemus Leydeckeri gloriationem, veram simul ejus cœcitatem lugendo, aut detestando malam fidem: si vel nescivit vel nescire se finxit Jansenismi nomine vulgo intelligi hæresim, quam Jesuitæ, & alii Jansenii hostes ipsi, adscripserunt, quamque Pontifex damnavit in Jansenio, juxta denuntiationes; etsi nec Jansenius, nec alius quis Ecclesiæ Romanæ Theologus eam uspiam tenuit, ac docuit: unde phantasmatis nomen obtinuit iste Jansenismus seu fictitia hæc hæresis Janseniana. *Idem ibid. pag.* 35.

Quod

Quod Pontifex Jansenii Augustinum fallis Molinistarum suggestionibus proscripsit, ac quinque propositiones ipsi ad censuram exhibitas, &, ut fateris, arte contextas declaravit hæreticas, & ut tales damnavit: utcumque ostendisti, &, quod plus est, etsi non ostendisti, omnes qui sanis oculis Jansenii Augustinum legunt, vident, ac confitentur, in eo non aliam tradi, explicari, ac defendi quam Catholicam Augustini de gratia Salvatoris doctrinam. *Idem ibid. pag.* 49 & 50.

Quod si numquam adduci potui, ut sincerè subscriberem formulari, ea fuit ratio, quod crediderim me id sine mendacio facere non posse, nec sine perjurio juramento testari, propositiones aliquas in libro aliquo reperiri, in quo non existere rationes habeo credendi, cum illum adeo accutatè legerim, nec eas ibi repererim, imo planè contrarium.

Et que si je n'ay jamais pu me resoudre a signer purement le formulaire, c'est par ce que je n'ay pas cru pouvoir sans mensonge, & sans par jure attester avec serment, que des propositions sont dans un livre, ou j'ay lieu de croire qu'elles ne sont pas, l'ayant lu avec soin sans les y avoir trouvées, & y ayant trouvé le contraire, testament spirituel de Messire Antoine Arnauld à Liege 1696 pag. 16.

Si igitur Alexander Papa VII paucis antè annis declaraverit quinque propositiones ex Jansenii libro excerptas, easque in sensu auctoris fuisse condemnatas: & si formulare confecerit, in quo factum illud expressum erat; apparet satis ejus successores credidisse, eum hanc declarationem ac hoc formulare non nisi per subreptionem fecisse.

Si le Pape Alex. VII avoit done quelques annéis auparavant declarè que les cincq propositions avoient esté tirées du livre de Iansenius, & qu'elles avoient eté condamnées au sens de cet auteur: & s'il avoit mesme dressé un formulaire, ou ce fait ètoit exprimè: il paroit bien que ses successeurs ont cru qu'il n'avoit fait cette declaration, & ce formulaire, que par surprise.

Reflexions de religion & d'état 1692, pag. 16. Sine nomine autoris & loci.

In praxi ... propriæ conscientiæ vel alienæ, observandum, indubitatè haberi libertatem à necessitate, ubi inventa fuerit libertas à coactione. *Ioannes Baudoinus relatus in libello, qui inscribitur: jugement legitime &c. Colonia* 1692 *pag.* 40.

Aliunde constat quod viri in curia Romana longè sapientissimi, perspicacissimi, & ab omni præjudicio liberrimi, falsam, quæ ipsis ingesta fuerat, circa prætensam Jansenismi sectam, idæam deposuerint, quod-

On sçait d'ailleurs que les personnes les plus sages, les plus éclairées, les plus degagées de toute prevention, de la cour de Rome, sont bien revenues de la fausse idée qu'on leur avoit fait prendre de la secte pretendue du Iansenisme, &

& qu'il y a longtems qu'on y regarde ce Phantôme comme un pretexte de persecution, inventé pour perdre des personnes q.'on n'aime pas, & pour entretenir dans l'Eglise une division, qu'on croit utile a des interests particuliers, qui ne sont point du tout spirituels.

qué jam à longo tempore habeatur istud Phantasma, tamquam prætextus persecutionis, fabricatum ad perdendos illos, qui odio habentur, utque in Ecclesia foveatur animorum divisio, quæ particularium utilitati utilis esse credatur, quæ nullo modo spiritualis est.

Suites des memoires importans. 1695. Sine nomine autoris, *& loci. pag.*27.

Ie laisse a ceux, qui nous donneront la veritable histoire du Iansenisme, de nous eclaircir sur la verité de ces faits: & de faire voir, que le livre de Iansenius, n'ayt jamais esté examiné dans les formes ni sous Urbain VIII ni sous Innocent X, ni sous Alexandre VII.

Iis, qui veram Jansenismi historiam nobis descripturi sunt, illorum factorum relinquo declarandam veritatem, & demonstrandum librum Jansenii neque sub Urbano VIII, neque sub Innoc. X, neque sub Alexandro VII rite fuisse examinatum.

La Morale Relaché &c. par G. Prieur de S. Martin, a Cologne 1691 pag. 70.

Si .. est heretique parce qu'il soutient que ce sens (1. prop. Jans.) *est Catholique il faut que la doctrine de S. Augustin & de S. Thomas passe pour une heresie.* Idem fol. 61.

Ainsi obliger les Ecclesiastiques qui se presentent pour recevoir les ordres Sacrez, & pour être approuvez pour entendre les confessions, a signer ce formulaire; c'est les obliger a des mensonges, a des calomnies, a des faux temoignages, & à des parjures, & à entrer par tant de crimes dans le ministere du fils de Dieu.

Si est hæreticus quia asserit sensum (1 *propositionis Iansenii*) esse Catholicum, oportet doctrinam S. Augustini & D. Thomæ etiam esse hæreticam.

Ita obstringere Ecclesiasticos, qui sese offerunt ut sacros ordines recipiant, & ad audiendas confessiones approbentur, ut formulario subscribant est illos obligare ad mendacia, ad calumnias, ad falsa testimonia, & perjuria, & ad accipiendum filii Dei ministerium per tot, tantaque crimina.

Reflexions de religion *&c. pag.* 7.

L'on a déja remarqué que d'exiger la signature de ce formulaire de ceux qui doivent recevoir les ordres Sacrez, c'étoit remplir ce pais de parjures & de Sacrileges: puis qu'on ne le peut signer sans calomnie, & sans un faux serment. Le méme pag. 22.

Jam nunc animadversum est, quod exigere ab iis formularii subscriptionem, qui sacros ordines debent recipere, sit hanc regionem perfidis & sacrilegis refertam reddere; cum subscribi non possit sine calumniis & falso juramento.

DE

DE DECRETO
ALEXANDRI VIII DAMNANTIS
PROPOSITIONES XXXI.

OBtestor omnes ratione utentes ut considerent quomodo posset aliquis censuram circa id, quod dictum est de infidelibus in ista propositione 5. componere cum sequela principiorum quæ S. August. adhibet ad defendendam ecclesiæ fidem contra unum è præcipuis erroribus hæresios Pelagianæ, qui est quod gratia data sit secundum merita.

Multum absumus à timore ne condemnemus aliquid ex doctrina SS. Patrum, damnando duas propositiones primi decreti: ubi è contrario plures sunt secundi decreti, quarum delatores non alio intuitu petierunt censuram, quam ad labefactandas regulas fundamentales moralis Christianæ. Exemplo esse possunt, 7, & 8 quæ fundantur super iisdem principiis.

Ausisne negare propositionem septimam condemnatam eandem esse cum doctrina S. Augustini? quomodo igitur potes asserere propositionem istam esse justissimè condemnatam.

Itaque non judicamus esse rem malam, ut, ad deferendum aliquid honori S. Sedis, non obligando nos ut

JE supplie toutes les personnes raisonnables de considerer, comment on pourroit adjuster la censure de ce qu'il est dit des infidelles dans cette 5. proposition, avec cet enchainement de principes, que S. Augustin emploie pour soutenir la foy de l'Eglise contre l'une des erreurs capitales de l'heresie Pelagienne, qui est que la grace est donnée selon les merites.

Difficultez proposées à M. Steyart partie 9 pag. 219 & 220.

On est bien eloigné d'avoir peur de condamner quelque point de la doctrine des Saints Peres, en condamnant les deux propositions du 1. decret: au lieu qu'il y en a plusieurs du 2. dont les delateurs n'ont demandé la censure, que dans le dessein de donner atteinte aux maximes fondamentales de la morale Chrêtienne. On en peut donner pour exemples, la 7 & la 8, qui sont fondées sur les mesmes principes. Idem pag. 125.

Pouvez vous nier que la 7 proposition du decret ne soit absolument la mesme chose que cette proposition de S. Augustin ..... comment donc pouvez vous dire qu'elle a esté tres justement condamnée.

9 partie des difficultez pag. 128.

Ainsi l'on ne trouve pas mauvais que pour menager l'honneur du S. Siege en ne nous obligeant pas de croire qu'une

proposition que S. Augustin a si fortement soutenue contre les Pelagiens a été condamnée par une bulle du Pape, vous disiez, qu'elle l'a été dans un autre sens que celui de S. Augustin, que le Pape a crû être celui de Bajus, pourvu que vous nous permettiez d'ajouter, qu'à l'égard de ce fait, le Pape a été surpris, parce qu'il est impossible de prouver que Bajus l'ait prise dans un autre sens que S. Augustin. 9 Pars difficult. pag. 194.

credamus propositionem, quam S. August. tam fortiter sustinuit contra Pelagianos, esse damnatam per bullam Pontificis, affirmes, eam damnatam fuisse in alio sensu, quàm Augustini; quem Papa putavit esse Baji; ea tamen conditione, ut nobis permittas adjungere, quod quantum ad istud factum, Papæ fuit obreptum, quia impossibile est probare, Bajum illam propositionem accepisse in alio quam in sensu S. Aug.

Ne vous attendez donc pas que la censure de ce decret contre les 31 propositions leur fasse changer d'avis ..... mais quand on voudroit l'étendre davantage, ils n'auroient que trop de raisons pour revoquer en doute l'authorité de ce decret de l'inquisition : & ce leur en seroit une entre beaucoup d'autres que la condamnation de ces deux propositions la 12, & la 28 qu'ils ne pourroient se persuader meriter aucune censure. 9 Pars diffic. pag. 211.

Noli igitur exspectare, ut censura istius decreti contra 31 propositiones, illos faciat mutare sententiam .... sed quando decretum ampliare vellent, haberent rationes nimis multas ad dubitandum de auctoritate istius decreti inquisitionis : & inter alias multas hæc una esset, ipsissima condemnatio duarum propositionum 12, & 28, quod non possent sibi persuadere illas mereri censuram aliquam.

Ne vous attendez donc pas, Monsieur, que tous ceux qui n'ont point approuvé jusques ici qu'on mist dans les Eglises des images de Dieu le Pere en forme humaine, changeront de sentiment pour vôtre decret subreptice, quand même il n'auroit pas tant d'autres defauts qui doivent porter tous ceux qui aiment l'Eglise a n'y avoir aucun egard. Pars 9 diffic. pag. 285.

Ne igitur exspectes, ut illi omnes, qui usque huc nunquam approbarunt, quod in ecclesiis ponerentur imagines Dei Patris in forma humana, mutent sententiam propter subreptitium tuum decretum, licet etiam non haberet tot alios defectus, qui debent eo adducere omnes amantes ecclesiæ, ut nullam illius habeant considerationem.

Que vous veulent ils dire par exemple, par leur 28 decision touchant l'intention du Ministre : n'est il pas visible qu'elle ne peut causer que des troubles infinis & dans les ecoles, & dans les consciences ? qu'elle est contraire aux sentimens des Peres & des plus habiles

Quid nobis volunt, verbi gratia, per 28 decisionem circa intentionem Ministri significare : an evidens non sit, quod nihil causare nata sit, quam infinitas turbas, tum in scholis, tum in conscientiis & quod contraria sit sententiis Patrum & theologorum

maximè

maximè insignium, & quod sit summa præsumptio imaginari sibi, eas (*propositiones*) deserendas, ad sequendum aliquos consultores, aut nimium suis opinionibus addictos, ita ut eas velint obtrudere toti ecclesiæ favore unius decreti?

theologiens, & que c'est avoir une grande presomption de s'imaginer qu'on se resolve à les abandonner pour suivre quelques consulteurs, ... ou trop prevenus en faveur de leurs propres opinions, qu'ils veulent faire passer dans toute l'Eglise à la faveur d'un decret.

Lettre d'un abbé à un Prelat de la cour de Rome 1691. pag. 44 & 45.

Facillimum fuit post 40 annos .... procurare condemnationem hujus 31 propositionis ut temerariæ: Bulla Urbani *VIII in eminenti est subreptitia.* Et vel hoc argumentum est, uti dixi, decretum, quod hanc damnavit, ut subreptitium esse amandandum.

Il a estè bien aisè plus de 40 ans depuis, ... de faire condamner comme temeraire cette 31 proposition: Bulla Urbani VIII in eminenti est subreptitia. *Et c'est un preuve comme je l'ai deja dit, que c'est le decret, qui l'a condamnèe qui doit estre rejettèe comme subreptice.*

Difficultez proposées à Monsr. Steyart 9 partie pag. 292, à Cologne.

Atqui certum est, & illud affirmo tamquam certis auctoribus mihi cognitum, decretum illud non fuisse examinatum sub illo Pontificatu, inventumque in registro S. officii, publicatum fuisse sine alia ceremonia.

Or il est certain, & je le dis comme le sçachant de bonne part, que ce decret n'a pas estè examinè, soubs ce Pontificat, & qu'ayant estè trouvè dans le registre du S. Office, on l'a publiè sans autre ceremonie. Lettre d'un Abbé a un Prelat de la cour de Rome pag. 35 & 36. 1691, sine loco impressionis.

Decretum per conspirationem obtentum, & postquam fuerat à bono Pontifice rejectum, publicatum sine examine.

Un decret comme celuy la obtenu par cabale, publiè sans examen, apres avoir estè rejettè par un bon Pape. Idem pag. 40.

Hæc difficultas multum crescet, si quidpiam agatur, unde Romana curia imposterum sibi exigeret satisfieri; non posse illam difficultatem vitari si quis huic facto se opponat, quia hac in re nihil fieri potest, nisi quis aliquid magni audeat, & quia nihil facere præstat contemnendo decretum, quam id efficere, quod operæ pretium non est, & quia pax Ecclesiæ, statusque exigit, ut dissimule-

Cette difficultè augmentera de beaucoup, si on fait quelque demarche, dont la cour de Rome pretende dans la suitte, qu'on lui fasse satisfaction, qu'on ne peut eviter cet embarras, si on se met en devoir d'agir contre cette entreprise; parce qu'on ne peut rien faire en cette occasion qu'on ne fasse quelque chose de fort vigoureux, & qu'il vaut mieux encore ne rien faire du tout, en mèprisant le decret, que de faire quelque chose qui n'en

 vaille

vaille pas la peine; que la paix de l'Eglise & de l'état demande, que l'on dissimule aujourd'huy, ce qui dans une autre rencontre meriteroit, qu'on le repoussat, avec force. Idem pag. 52.

mus potius hodiedum, quod alio in casu urgeret ut fortiter resisteremus.

Ce qui concerne les autres propositions (du decret d'Alex. VIII) *me passe ...: mais pour celle qui tend a etablir la superiorite du Pape sur le Concile general, & son infaillibilite dans les decisions de foy, cela me pâroît une entreprise bien bardie, & je ne sçay pas ce qu'en jugeront les Evêques, ni ce qu'en dira le Parlement: mais a mon avis, si on ne temoigne de la vigeur en cette occasion, c'est abandonner nos libertez & leur laisser faire une playe, qu'on ne guerira peut être pas aisement, si on n'y remedie de bonne heure.* Lettre d'un Abbé a un Prelat de la cour de Rome &c. 1691, sine loco impressionis pag. 40 & 41.

Quod ad alias propositiones (*Decreti Alex. VIII*) spectat non curo ... verum quo ad illam quæ eo vergit ut stabiliat supremam auctoritatem Papæ, supra Concilium generale, & infallibilitatem ejus in decisionibus quæ fidem concernunt; illud mihi audax factum videtur; neque scio quid Episcopi sint judicaturi, & Parlamentum sit dicturum: verum ex mea sententia, nisi hoc in casu fortiter resistatur, judico istud esse pessumdare libertatem nostram, & nos objicere vulneri quod non facile poterit obduci, nisi tempestivè remedium adhibeatur.

Cette demarche de la cour de Rome étoit une des plus hardies qu'elle ait jamais faites, contre les sentiment de l'Eglise universelle representée par les Conciles de Constance & de Bâle. Lettre d'un Abbé &c. 1691, sine loco impressionis pag. 28.

Ille aulæ Romanæ procedendi modus (*de auctoritate Pontificis supra Concilium*) fuit audacissimus omnibus anteactis, contra sententiam universæ ecclesiæ propositam per Concilia Constantiense & Basileense.

Quelle pitie! voila donc l'a sentence qui decide le grand proces d'entre les Conciles & les Papes, qui regle la foy des Ev'ques & des peuples, qui aneantit, l'authoritè & la necessitè des Conciles, qui fait dependre l'Eglise du Caprice d'un Pape semblable a Alexandre VI ou entreprenant comme Iule II & Sixte V. enfin, nous voila tous declarez Schismatiques; Ev'ques, Parlemens, Universitez, nous voila tous excommuniez ipso facto, *& le paradis nous est fermé pour jamais, si nous en croyons 7*

Eheu, ecce sententiam quæ decidit magnam illam litem inter Concilia & Papam, quæ Episcoporum fidem ordinat & populi, quæ destruit auctoritatem & necessitatem Conciliorum, quæ facit ut dependeat ecclesia à cerebello unius Papæ similis Alexandri VI vel audentis instar Julii II & Sixti V. Denique ecce nos planè declaratos Schismaticos: Episcopos, Parlamenta, universitates, ecce nos ad unum excommunicatos ipso facto, & cælum nobis in æternam occlusum,

ſum, ſi ſeptem octove Theologis ultramontanis credamus, & totidem circiter Cardinalibus, qui plerique hic nihil intelligunt.

ou 8 Theologiens de dela les monts, & environ autant de Cardinaux, qui n'y entendent rien la plus part. Ibid. pag. 31.

Numquam etiam & nuſquam in totum excuſatur, quod per hanc legem damnatur, quamtumvis ex ignorantia, & ut loquitur D. Thomas, ſecundum conſcientiam fiat. *Charneux in Theſ. Lov. defenſis* 11 *Iul.* 1691 *Theſi.* 2.

Formaliter Theologicè peccare poteſt, cui ne ſcrupulus, ne ſuſpicio quidem incidit de malitia, imo qui firmiter putat ſe rectiſſimè facere. *Ioannes Lovinus in Theſibus Lov. defenſis* 31 *Ian.* 1691 *Concl.* 3.

Reſpondet juris Pontificii Candidatus, iſtud Inquiſitionis Romanæ (*Alexand. VIII*) Decretum eſſe ipſo jure nullum. *Quæſtio juris Pontificii circa Decretum* &c. *à P. Le Preſtre, Abbate Frigida-vallis &c. pag.* 5.

Decretum (*Alex. VIII*) de quo hic agitur eſt per ſe injuſtum. *Idem pag.* 9.

Decretum, de quo hic diſputatur, eſt obreptitium. *Idem pag.* 12.

DE DECRETO,

QUO DAMNATUR TESTAMENTUM, VULGO MONTENSE.

AGitur de libro omnium ſanctiſſimo, cujus verſio, quæ ſciebatur facta ab Autoribus Catholicis, debuit præſumi bona, quamdiu Mala probari non poterat.

IL s'agit du plus ſainct de tous les livres dont la verſion qu'on ſcavoit eſtre d'auteurs Catholiques a dû eſtre preſumée bonne, tant qu'on ne prouvoit point qu'elle fuſt mauvaiſe. Difficultez propoſées à Monſ. Steyart 6 partie page 42, à Cologne 1691.

Dici non poteſt ſine mendacio teſtamentum Montenſe ante condemnationem examinatum eſſe.

On ne dit point qu'on l'ait examinée, & on ne l'auroit pû dire ſans menſonge, puis qu'il eſt bien certain qu'on ne l'a pas fait. Idem pag. 48.

Qualem autem librum eſſe oportet, qui ſine examine damnetur? ſine dubio qui artem magicam ferat in fronte, aut talem titulum, qui ſuam ſecum afferat damnationem.

Or de qu'elle nature devroit eſtre un livre pour ne pas trouver étrange, qu'on le condamnaſt ſans examen? c'eſt tout ce que l'on pourroit faire d'un livre de Magie, ou de quelque autre dont le titre porteroit ſa condamnation avec ſoy. Idem pag. 48.

Quant au nouveau testament de Mons & au Missel traduit en francois nous sommes si convaincus, qu'ils n'ont été condamnées a Rome que sur des fausses suppositions, que nous ne croyons pas devoir faire aucune difficulte de les lire.

Difficultez proposées a M. l'Eveque de Gand pag. 24. 1691. Sine auctore & loco impressionis.

Quod spectat novum testamentum Montense & Missale in gallicum versum, ita sumus convicti non fuisse condemnata Romæ, nisi ex falsis suppositis, ut credamus nullum à nobis fieri debere in eo legendo scrupulum.

La 2. chose, qui a rapport a celle la, est que quand a Rome on defend de lire ou de garder certains livres qu'on y a probibez, il ne faut pas s'imaginer qu'on encourre la peine d'excommunication en lisant ou en gardant toutes sortes de livres prohibez, ni que ce soit lá l'intention des Papes & des Congregations. C'est leur faire injure, & les vouloir exposer aux insultes des heretiques, que de leur imputer de telles ordonnances qui excommunieroient un fidele, parce qu'il auroit, ou lu ou retenû ou donné, par exemple, le nouveau testament en langue vulgaire, ou une traduction Françoise du Missel. Il faut estre bien ignorant pour avoir ces pensées, & n'avoir pas même lû les regles de indice, *dont on veut paroître si religieux, & si zelé observateur.*

Defence de l'Eglise &c. contra Leydecker pag. 149 & 150,

Alterum, quod cum illo convenit, est, quod, dum Romæ prohibetur legi aut retineri libros quosdam ibidem prohibitos, credere non debemus, nos excommunicationis pœnam incurrere legendo aut retinendo omnis generis libros prohibitos, neque eam Pontificum aut Congregatiouum mentem esse. Est illis facere injuriam, eosque velle hæreticorum insultibus exponere, talia iis attribuere decreta, quæ excommunicarent fidelem, quia vel legisset, vel retinuisset, dedisset ve E. G. novum testamentum in lingua vulgari, aut Gallicam Missalis traductionem. Ignorans sit oportet qui eas habeat cogitationes, regulasque *de indice* non legerit, quarum videri vult tam accuratus ac religiosus observator.

Quodnam singulare periculum est in lectione versionis novi testamenti vulgo dictæ Montensis, quæ legitime approbata ac edita est, & in qua nemo nisi Jesuitis, qui versionis istius auctores summè oderunt, toti devoti sunt, ullum errorem potuit deprehendere.

Decretum Archiepiscopi Mechlin. notis illustratum. pag. 12.

DE DECRETIS,

QUIBUS ROMÆ PROSCRIBUNTUR LIBRI.

QUando Romanorum Pontificum decreta aut injusta sunt, aut per factiones extorta, aut per passionem lata aut nata sunt in ecclesia turbas potius, quam aliquid boni adferre, tunc nostro utimur jure & apertè declaramus nos nullam eorum habere rationem.

QUand aussi ces sortes de decrets sont ou injustes, ou surpris par de Cabales, ou que la paßion s'y decouvre, ou qu'ils sont plus propres a causer du trouble dans l'Eglise ou dans l'état que d'y faire aucun bien; alors nous usons de nôtre droit, & nous faisons assez connoître que nous n'y avons aucun egard.

Lettre d'un Abbé à un Prælat &c. 1691 pag. 4.

Exemplum itaque istud probat ... librorum prohibitiones esse, quas si observaremus, male faceremus.

Cett' exemple prouve donc incontestablement que ... il y a des probibitions de livres qu'on feroit mal d'observer. Diss. prop. a M. Steyart, pag. 46 part. 9

Satis norunt nos jam dudum occalluisse ad fulmina Inquisitionis.

Ils sçavent bien qu'il y a longtems que nous sommes aguerris contre les foudres de l'inquisition. Lettre d'un Abbé a un Prelat de la cour de Rome. 1691. pag. 30.

Pervenimus modo ad Pontificatum Innocentii XII. Sub Prædecessore ejus comparuerat decretum Inquisitionis, in quo reperiuntur condemnata tria opuscula ad quietismum spectantia, & in fronte Compendium Theologiæ. Domini Huygens ... aliquod hic Mysterium latet quod non capio..... nescio an ibi fraus aliqua detecta sit, aut vitium aliquod sive in rè, sive in forma.

Nous voici au Pontificat present d'Innocent XII. ... il avoit paru sous son predecesseur un decret de l'Inquisition, ou se trouvent condamnées trois ouvrages qui concernent le quietisme, & à la téte le compendium Theologiæ de Monf. Huygens .... il y a la quelque mystere que je n'entens pas ..... je ne sçai point. Si on y a decouvert de la surprise, ou quelque autre defaut, soit dans le fond soit dans la forme. Defense de l'Eglise Romaine &c. contre Melch. Leydecker, à Liege 1696. Approuvée par Monf. le Beau. pag. 46.

Il

Il ne pouvoit se lasser de deplorer la conduite de ces faiseurs de decrets, qui censurent a tort & a travers toutce qui leur plaît, ou tout ce qui ne s'accorde pas avec les idées de leur Theologie, qui sont souvent tres fausses, n'ayant presque aucune teinture de la Theologie des Peres.

Lettres d'un Abbé a un Prelat de la cour de Rome pag. 42,43. 1691.

Finem facere non poterat deplorandi modum agendi Censorum istorum, qui sus deque per nefas censurant quidquid lubet, vel quidquid non consentit cum Theologiæ suæ Idæis, quæ sæpe falsissimæ sunt, vix quidquam habentes de Theologiâ Patrum.

On fit plusieus reflexions. .... sur le peu d'equité, & d'amour de la paix qui paroît dans plusieurs de ces censures, ou il semble qu'on n'ait en veue que d'entretenir la division entre les Ordres Religieux, & entre les Theologiens Catholiques. Idem ibid. pag. 15.

Plurimæ observationes factæ sunt super exiguam justitiam, & pacis amorem, ut apparet in plurimis illis censuris, in quibus videtur unicus scopus esse fovere discordiam inter Religiosorum ordines, & Theologos Catholicos.

Pour nous, nous en avons un (avantage) *dont nous nous trouvons bien, & auquel nous nous tiendrons. C'est d'être en possession d'aller toujours nôtre train, quoy que puissent dire les Censeurs Romains, & quelque Decret qni sorte de ce Tribunal.* Idem pag. 18.

Nos quidem hanc prærogativam habemus, qua nobis bene est, & quam semper manu tenebimus; scilicet quod simus in possessione eamdem semper tenendi viam, quidquid opponant Censores Romani, & quodcumque decretum ab hoc tribunali emanet.

De promiscuâ lectione Scripturæ Sacræ in linguâ vulgari.

Nous venons de voir que les saints Peres nous avertissent, que c'est le diable qui detourne les chretiens de lire l'ecriture sainte, & qu'il n'y a que luy qui leur puisse inspirer cette pensée, que luy: ce n'est pas aux seculiers a la lire. N'est ce donc pas selon ces Peres favoriser le dessein de cet ennemy de nostre salut que d'interdire cette divine lecture, non seulement aux pecheur a qui

Vidimus jam quod Sancti Patres nos moneant, diabolum esse qui avertit Christianos à lectione sacræ Scripturæ, & quod nemo sit præter illum, qui ipsis hanc cogitationem posset infundere, sæculares illam legere non posse. Nonne ergo secundum illos Patres id est favere huic inimico nostræ salutis, prohibere divinam hanc lectionem non modo peo-

peccatoribus quibus posset esse valde utilis, sed etiam animabus maximè piis, qui in ea & solatium, & robur suum inveniunt.

elle pourroit estre fort utile, mais aux ames mesme les plus pieuses, qui y trouvoient leur consolation, & leur force. quatrieme partie des difficultez proposées a Mr. Steyaert. a Cologne. 1691. pag. 141.

Si Vestra Dominatio teneat quod hæc opinio sit zizanium quod seminavit diabolus in Ecclesia, & si vel ad hoc evellendum, vel ad impediendum ne crescat, prohibeat illis omnibus, quorum curam sibi dicit à Deo demandatam, lectionem bibliorum in lingua quam omnium optimè intelligunt: inevitabiliter incidit in aliam impietatem, & Hæresim.

Si V. Seigneurie tient que ce sentiment soit l'yvraie qué le diable a semé dans l'eglise, & si c'est pour l'arracher ou pour l'empecher de croitre qu'elle defend à tous ceux, dont elle dit que Dieu luy a donné le soin, de lire l'ecriture sainte en la langue qu'ils entendent le mieux: elle tombe inevitalement dans une autre impieté, & dans une autre heresie. Difficultez addressées a Mr. L'evequé de Gand, pag. 3. 1691.

Alia veritas probata est in hac ipsa 57 difficultate: nempe quod in hoc præsenti rerum statu hæc regula (*quarta Indicis*) non modo desiit esse utilis, sed etiam est perniciosa, & quod illius executio urgeri non possit sine summo Religionis & Ecclesiæ detrimento.

On a prouvè une autre Veritè dans cette meme 57 difficulté: c'est qué dans l'etat ou sont au-jourd'-huy les choses, non seulement cette loy a cessé d'etre utile, mais qu'elle est dommageable, & qu'on n'en peut presser l'execution, sans faire beaucoup de tort a la Religion, & a l'Eglise. Huitieme partie des difficultez proposées a Mr. Steyaert a Cologne 1691. pag. 13.

Nam nullus ex SS. PP. poterit assignari, qui lectionem S. Scripturæ eruditorum & rudium, mulierum & virorum, juvenum & Senum, civium & rusticorum improbavit: verum omnes passim omni hominum generi commendarunt; non solum ut utilem sed quodammodo ad salutem necessariam.

Wantmen niet eenen heiligen Vader en sal connen aenwysen, die het lesen der Scrifture onder geleerde oft ongeleerde, Vrouwen of mans, jongh of oudt, borgers of landtslieden, meesters of knegh-ten, eedel of oneedel mispreesen heeft: maer sy hebben het selve aen alle Soorten van menschen eenpaerlyck bevoolen, niet alleen als dienstig maer op seecker manier van spreecken noodtsaeckelyck tot de Salicheydt. Samenspraeck tusschen eenen parochiant van onse Lieve Vrouwe Kerck tot Mechelen, ende eenen theologant. 1691, pag. 8.

'Tis seker dat het niet noodigh en is, en soo doende verstyft men de Oversten in de opinie dat sy sulck een gebodt wel gegeven hebben. 3 Samenspraeck tusschen eenen Theologant, ende eenen Parochiant Van O. L. Vrouwe Kercke tot Mechelen. pag. 7. Coloniæ 1691.

Certum est non esse necessarium (*à superioribus petere facultatem legendi scripturam sacram in lingua Vernacula*) atque adeo sic agendo superiores Confirmantur in sua opinione qua putant tale præceptum à se sanctè impositum esse.

APPENDIX.

Circa materias varias.

QUi cum criminibus exercitia spiritualia ingressi sunt, ne mox post 8, vel 10 dierum secessum, etsi à novis criminibus abstinuerint, credant se satis probatos, ut absolutionem accipiant *Theol. Christ. per Ioannem opstraete Lovanii 1692, pag. 45.*

Responsum est ... merito dubitari posse, an ecclesia non minus, imò non magis aliquandò deserta fuerit, vel sit deserenda, quam si in Belgio tantum, & in Gallia servaretur a paucis legitima praxis administrandi Sacramentum Pœnitentiæ quoad Disciplinam. *D. Opstraet 1692 in dissertatione Theol. de praxi administrandi Sacram. pœnitentiæ. pag. 85.*

Ecclesia olim peccatoribus laboriosa pœnitentiæ opera ante absolutionem (*Sacramentalem*) præscripsit, ut per ea Deum placarent obtinerentque conversionem cordis, quæ ad justificationem in Sacramento Pœnitentiæ requiritur: igitur censuit Ecclesia, conversionem cordis, quæ ad justificationem in Sacramento requiritur, passim per laboriosa pœnitentiæ opera obtineri. *Idem Opstraet Anno 1693 in libello cui titulus Doctrina de laborioso Baptismo pag. 24.*

Dicimus regula prima Conversionem cordis fieri non solere, nisi per opera pœnitentiæ; proindeque per hæc pœnitentem ad conversionem duci debere. *Idem ibidem pag. 40.*

Propositio de ignorantia invincibili, quæ est 2 ex damnatis (*ab Alexand. VIII*) præ se fert sensum in quo Theologi antiquiores ac recentiores de ea disputant, videlicet sensum de ignorantia non quæ absolutè, sed quæ spectatis corruptæ naturæ viribus, dicitur invincibilis. Quo sensu intellecta hæc propositio, certa est S. Augustini contra Pelagianos Doctrina, & est gravissimorum theologorum sententia. *Quæstio juris Pontificiis a: P. le Pretre Abbate frigidæ Vallis Anno 1693. pag. 10.*

Propositio de morte Christi, quæ inter damnatas est quarta, præsefert sensum S. Augustini, S. Prosperi Ecclesiæ Lugdunensis, Concilii Valentini tertii, S. Ber-

S.Bernardi, & optimorum Theologorum, qui uno animo docent, Christum sui sanguinis pretium non obtulisse pro singulis, sed pro illis solis & omnibus, qui in ipsum credebant aut erant credituri. *Idem ibidem pag.* 10.

Quinta propositio ex damnatis (*ab Alexandro VIII*) quatenus negat, Christi gratiam esse omnibus communem, ac dari omnibus etiam paganis, præfert sensum Catholicum, quo S. August. expresse profitetur gratiam non omnibus dari; quo S. Prosper inter errores Pelagianos recenset hunc, videlicet Christi gratiam omnibus ac illis ipsis dari quos Deus dimisit ingredi vias suas: quo deinde Episcopi in Sardinia pro Christo exules confessi sint, eum non bene de gratia sentire, qui eam putat omnibus hominibus dari. *Idem ibidem pag.* 10.

Septima quoque (*ab Alex. VIII damnata*) quæ omnem actionem hominis deliberatam definit esse vel ex charitate & bonam: vel ex Concupiscentia seu amore sui, & malam, præ se fert sensum, quo S. Augustinus ac ejus discipuli constanter asserunt non esse nisi duos amores unum Dei, alterum sui; & actionem, quæ concupiscentia seu amore sui deliberate procedit, esse malam; eam verò quàm facit amor Dei bonam esse. *Idem ibidem pag.* 10 *&* 11.

Octava ac undecima propositio (*ab Alex. VIII damnata*) præfert sensum, quo S. Aug. firmiter ac confidenter contra semipelagianos demonstravit, quod omne quod non est ex fide, quæ per dilectionem operatur, peccatum est, & quod perinde omnia infidelium opera, si non ex officio, saltem ex non recto fine peccata sunt. *Idem pag.* 11.

23 Propositio (*ab Alex. VIII damnata*) est ipsissima S. Dionisii sententia: quam nullo jure à censoribus damnari, nemo est qui videat. *Idem pag.* 11.

Propositio 29 (*ab Alex. VIII damnata*) de auctoritate Romani Pontificis supra Concilium &c. est non modo omnium hujusce regni Episcoporum ac Theologorum, sed plane conformis Concilii Basileënsis & Concilii Constantiensis definitionibus à Romanis Pontificibus Eugenio IV & Martino V confirmatis. *Idem pag.* 11.

Opinionem probabiliorem circa jus positivum divinum vel humanum, deficiente scientia, tamquam rectam & sufficientem regulam actionum humanarum admittimus; verum opinionem minus probabilem circa legem quamcumque positivam, aut etiam PROBABILIOREM, si falsa sit, contra legem naturalem excusare à peccato, non modo non credimus, sed & dogma tam perversum, velut Christianæ moralis pestem, Euangelii opprobrium, & apertam ad omnia flagitia & facinora januam aversamur. *Theses Theologiæ moralis oblatæ Abbati S. Ghisleni à suis religiosis Montibus* 1694. *Thesi* 5 *pag.* 11 *&* 12.

Falsum est, quod ut aliquis peccet peccato formali requiratur notitia malitiæ, imò dubium aut scrupulus de malitia illius, quod agit, aut omittit. *Renardi in Thesibus Lovanii defensis* 10 *Ianuar.* 1692 *Thesi* 2.

Cum

Cum à mente loquentis dissona est (*enuntiatio*) mendax dicitur. mendacii malitia nequaquam ab oppositione, cum jure alterius, cui loquimur, repetenda. Quare cessante hoc jure, aut ab alio eminentiori absorpto, nulla fuerit hæc malitia. Ita in terminis *Leonard. Gautius Philosophia Profess. Primarius in Falcone in Thesibus defensis Lovanii* 23 *Iulii* 1696. *Thesi* 10.

prima veritatis ab oppositione im

On peut compter entre ces devotions populaires le Scapulaire, le Rosaire, le cordon, & d'autres Confreries, & que ce seroit faire service à l'Eglise que d'abolir ces devotions phantastiques, qui tiennent plus de la mommerie que de la veritable pieté.

Monf. de Ligny in libello cui titulus, Secrets du parti &c. de Monf. Arnaud, 1691 pag. 75.

Inter has devotiones populares numerari possunt Scapulare, Rosarium, funiculus, & aliæ Confraternitates: obsequium præstaret Ecclesiæ, qui Ejusmodi devotiones phantasticas, ludicram humiliationem potius, quam veram pietatem continentes aboleret.

